



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina & Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

Matthæohoen SS. Theol. Doctori, Insignis Collegiatæ Ecclesiæ ad S.  
Andreæ Canonico, ac ibidem Decano meritissimo, Parochialis D. Pauli  
Pastori vigilantissimo, Domino & Mecænati suo Colendo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

*Adm. Rdo & Eximio Domino, D.*

**MATTHÆO HOEN**  
SS. THEOL. DOCTORI,  
INSIGNIS COLLEGIATÆ ECCLESIAE  
ad S. Andreae Canonico, ac ibidem  
Decano meritissimo, Parochialis  
D. Pauli Pastori vigilantissimo,  
Domino & Mecænati suo  
Colendo.



*Dm. Rdo atque Eximie*  
*Domine, Quemad-*  
modum fontes fa-  
lientes, si multum  
aque auferatur, nõ  
tantum non minuuntur, sed dul-  
ciores etiam multò redduntur;  
sic similiter nobilis ille animi ha-  
bitus Scientia non decrefcit do-  
cendi officio, sed magis etiam  
magisq; fit dulcior: nonnum-  
quam etiam augetur, si in disci-  
pulos

X 2

pulos

## *Epistola*

pulos & familiares transferatur.  
Quod quam verum sit, in T.  
adm. R<sup>da</sup> & Eximia D<sup>ne</sup> satis fit  
manifestū, sicut enim ex diuersis  
vocibus constat Chorus, ita va-  
riarum disciplinarum mixtura  
Tua excellens constat Eruditio,  
quam olim in Iuuentute in cele-  
bri Montis Gymnasio feliciter  
haustam, eandem in eiusdem  
diuersarum Classium Discipu-  
los per multos annos successiuè  
transfundere non dubitasti, in  
qua functione ita laudabiliter Te  
gessisti, vt illa eadem præclara  
Tua scientia instar fontis ita in  
Te creuerit & aucta sit, vt non  
tantūm supremam in SS. Theo-  
logia

## *Dedicatoria.*

logia Lauream in hac florentissi-  
ma Vniuersitate magna cum lau-  
de assecutus, verum etiam in Ca-  
nonicum ad S. Andreae, ac eius-  
dem Collegij nunc Decanum,  
in Pastorem D. Pauli iam pridem  
feliciter electus & assumptus fue-  
ris, quam Curæ Pastoralis Pro-  
uinciam cum Parochianorum  
salute indies procuranda, per  
multos annos ita gnauiter admi-  
nistrasti, vt nunc etiam Senior &  
quasi Signifer quidam inter huius  
Vrbis Pastores iure meritò ap-  
pelleris; Quod eruditionis cul-  
men suo iure quodãmodo exige-  
re videbatur, vt in generalis Stu-  
dij almæ huius Vniuersitatis Pro-

) ( 3 itecto-

## *Epistola*

rectorem ac Magnificum Rectorem communi suffragio à Senatu Academico insuper electus, illud idem sublime munus non sine laude omnium & acclamatione non per exiguum tempus administraueris.

Hæc sunt, P R A E S V L A M-  
P L I S S I M E, & multa alia Tua in  
Rempubl. Coloniensem & in me  
promerita, quæ me impulerunt,  
vt dum hunc Libellum à Doctis-  
simo Viro Ioanne Baptista Pos-  
seuino Mantuano, Archipresb.  
Collegiatæ & Parochialis Eccles.  
Castri-noui Portuensis Dicece-  
sis, primùm compositum, Tuæ  
functioni non inconuenientem,  
vide-

## *Dedicatoria.*

videlicet de OFFICIO CVRATI,  
denuo in lucem emittere cogita-  
rem, T. Adm. Rdæ & Eximiæ D.  
humiliter offerre ac dedicare pro-  
posuerim, non ideo quod ea, quæ  
in illo continentur salutis procu-  
randæ documenta, T. D. ignora-  
re existimem, verum propterea,  
vt præclaro Tui nominis orna-  
mento hic Tractatus pro OFFI-  
CIO CVRATI decoratus, obser-  
uantiaæ erga Te meæ aliquod in-  
dicium, licet exiguum, existere  
possit. Te itaque, quod superest,  
Eximie Magister & Patrone ap-  
primè colende, ea qua par est ob-  
seruantia, obnixè rogatum ve-  
lim, vt chartaceum hoc munu-

) 4 sculum

## *Epistola*

sculum in debitæ obseruantiaë &  
grati animi symbolum, serena  
fronte suscipere non dedigne-  
ris: quod si, uti spero, impe-  
trauero, beneficij loco habebo,  
Deumq; rogabo, ut Adm. R. &  
Ex. D. T. saluam & incolumem  
diutissimè conseruet, ut nobis o-  
mnibus, uti hætenus laudabiliter  
semper factum, ita ad multos an-  
nos in posterum adiumento &  
ornamento esse possis. Coloniaë  
Agrippinæ, ipso festo SS. Apost.  
Philippi & Iacobi, Anno 1645.

*Adm. R. & Eximia D. T.*

Paratissimus Parochianus

PETRVS HENNINGIVS.

ILLV-